



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 5. De periurio generaliter,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78332)

late Suarez in eodem lib. 2. cap. 4c.) ea quæ facta sunt in eadem materia, in qua vota referuntur, quæ commemo- rantur in Extraug. vltima communi De pœnit. & remiss. nempe perpetua continentia, religionis, peregrinationis ad loca sancta in Ierusalem, peregrinationis ad limina SS. Apostolorum Roma, & peregrinationis ad S. Iacobum in Compostella. Quibus Azorus addit in *præced. cap. 9. quest. 4.* tum ex Soto in *cit. art. 9.* iuramenta super statutis Collegiorum seu Academiarum, atque i. celestiarum, quo- rum dispensationes Papa sibi referunt: tum ex Panormit. ad cap. Quanto num. 8. De iure iurando: iuramenta qui- bus se obstringunt insignes viri: puta Imperator, Reges, Dukes, & alij, præfertim habentes supremam iurisdictio- nem in temporalibus, Episcopi item, aliquæ superiores Ecclesiarum Antistites.

69. Sextum est multorum nobilium authorum, quorum me- minit Couarr. in *ante memoriam §. 3. sub finem num. 4.* neminem in iuramentis, vt nec in votis posse dispenfare absque cau- fa legitima. Quod tamen intelligi debet distinctione ad- hibita. Nam ut ex Panor. Syllester habet iuramentum 2. *quest. 2.* Quando iuramentum promissorum fuerit ab inferiori præstitum in materia principaliter spectante ad Papam: si- ue, ut Couarr. habet in seq. num. 5. pertinente ad liberam Pa- pa dispositionem, qualis est beneficiorum Ecclesiastico- rum: potest idem Papa in illo dispenfare, illudne irritate pro arbitrio ac sine causa: quia ipsum sic præstitum fuit, vt excepta intelligeretur eiudem Papæ autoritas, iuxta cap. Venientes, De iure iurando.

Cum vero præstitum fuerit iuramentum in alia mate- ria: si ea est ad honorem Dei principaliter, ut eleemosyna pro Ecclesia fabrica, vel religionis ingressus: tunc ad dis- pensandum necessaria est iusta causa, qualis censetur: tum scandalum vitandum, tum maior utilitas emanatura ex dispensatione: tum etiam quamcumque alia: arbitrio Su- periorum dispensantium diuidicanda. Si autem ea sit ordinata ad alicuius proximi utilitatem: ut eum alicui præ- stitum est iuramentum super aliquo contractu, aut con- tentione, ne Papa quidem potest tunc dispenfare, nisi de illius cui iuratum est consensu: quia nemo potest alteri debite inuito nec consentienti, rem suam auferre: cum id sit contra ius naturæ. De qua re Sotus loco citato & Suarez pluribus in seq. cap. 41. & Sanchez in opere Moralib. 3. à num. 13. Qui etiam (sicut & Couar. in citato num. 5. ver. 9.) referunt duos casus in quibus iuramentum relaxati po- test sine consensu eius cui præstitum fuerat: quia ita ex- edit ad utilitatem reipublica.

70. Prior est, quando is cui iuratum est, censur tali pœna puniendus ob aliquod crimen suum: tunc enim Superior potest effici ac iter subtrahere materiam talis iuramenti: si- que creditor, *pro ea quæ in illum habet eminenti potestate*, præ- cipiendo ut in eo cedat suo iuri: vel per seipsum immedia- te, condonando tale ius debitori, vel eidem imperando ut non faciat quod iuravit: si quidem ipsum erit ita sub- ditum habeat, ut iuramentum ipsius relaxare possit. Qua- ratione ab Ecclesia iuramentum fidelitatis excommuni- cato vel hereticus præstitum relaxatur, 15. *quest. 6. cap. 2.* & sequentibus. Posterior casus est, quando iuramentum fuerit vi, metu (etiam si leui), dummodo si cum graui in- ria: ut Suarez numer. 19. docet) vel fraude, dolore extor- tum, ex cap. Abbas. De iis que vi, & cap. Si vero, & cap. Ve- rum De iure iurando.

71. Septimum documentum est, iuxta D. Thomam 2. *quest. 89. art. 9. ad 3.* quando aliquid sub iuramento pro- missum fuerit, quod est manifeste licitum & vtile: dispen- sationem vel commutationem non habere locum in tali iuramento, nisi aliquid melius seu conducibilius ad com- munem virilitatem occurrat faciendum.

Ostatum est, quod late tractat Suarez in eodem cap. 41. sub finem, quod quis iuramentum violauerit, peieraueritve non implendo promissum in termino præstituto, non ob- stare quominus illius relaxatio fieri possit: quia per pœnit- tientiam deleri potest illa culpa, & peritio relaxationis effi- ciationabilis, ob periculum relabendi in perjurium: neque is cui iuratum est, ex illo perjurio admitto, amittit ius quod habet condonandi quod sibi promissum est: neque

etiam Superior amittit ius, quo potest iuxta antedicta iu- ramentorum ipsum relaxare.

Postremi documenti loco addere possumus ex *Soto loco* *cir.* quod legitima dispensatio possit esse ubicumque ea in bonum commune cedit, nisi iniuria fiat terria persona. Id quod locum habere existimat, etiam si quis iure se non petitur iuramenti dispensationem, nec se viiurum illa. Nam ubi ratio plene exegerit, is quoque potest rem totam patefacere Prælatu, qui si dispensare voluerit, ipse poterit tali dispensatione vir: quoniam eiusmodi iura- menta sunt stulta & futile: utpote facta contra iuramen- ti naturam, que talis est, vt non adeo adstringat, quin iusta de causa possit vinculum nullius, Papæ vel Episcopi au- thoritate relaxari.

C A P. V.

De perjurio generaliter.

S V M M A R I V M.

73. Perjurium dicitur tum propriæ, tum generaliter, seu vt non tantum complectatur iuramentum in quo veritas deficit: sed etiam illud in quo iniuria aut iudicium.

74. Perjurium propriæ dictum peccatum est mortale suo gene- re.

75. Explicatio difficultatis, An licet iuramentum exposcere ab eo qui existimat per iuraturus.

76. Non licet priuata auctoritate.

77. Tresponso peieranti constituta ab Ecclesia.

PERIURIVM propriæ, nihil est aliud, quam iura- mentum falsum, id est, cui veritas deficit, vt ostendit Caet. 2. q. 98. ad art. 2. & 3. Generaliter autem à nobis hic accipitur, cum D. Tho. in *ad. quest. art. 1. & Sotoli. 8. De iust. & iureq. 2. art. 1.* nempe vt complectatur etiam iuramentum cui deficit vel iniuria vel iudicium, in- deque est illicitum iuxta antedicta in cap. 2. no. 15. Qualata acceptione D. Hieronymus ad 4. cap. Ierem. (quod refertur 22. q. 2. c. 2.) sumptis perjurium: ita tamē ut illius rationem voluerit certo ordine participari, vt D. Tho. ibid. in solu- tione primi argumenti declarat, & latius tractat Suarez De religione tract. 1. i. c. 2. nempe vt primo & principaliter peritiorum sit, quando deficit veritas: secundo loco vero, quando deficit iustitia: & tertio loco quando deficit iudicium. Nam primum horum defectuum, fallitatem formaliter continet, vt manifestum est: secundus vero, eam continet virtualiter solum, id est, non alio nomine, quam quod is qui sine iustitia iuravit, vel tenetur falsificare iuramentū: si quidem iuravit aliquid illicitum: vel certe non cogatur ei stare, si rem in differentem iuravit: Tertius autem eam continet tantummodo potentialiter, id est, hoc tantum nomine, quod qui indiscrēte iurat, eo ipso se committat periculo iurandi falso. Quia de causa, iuramentū etiam super veritatem factum sed sine necessitate, vitandum est ex Caet. verbo *Perjurium in fine:* etiam si, vtille addit, tunc sit peccatum tantum veniale.

Cæterum perjurium ex suo genere peccatum esse mor- tale D. Thomas in seq. art. 3. probat ex eo, quod de sui ratione importet Dei contemptum: & ideo peccatum sit ex diametro oppositum, ac repugnans reverentia Deo debita. Sed quomodo id sit abolire verum, non modica difficultas est: quam tractant Caet. ibid. & Sotus in *cit. quest. 2. art. 3.* Nobis sufficit pro praxi id non adeo verum esse, quin dentur multi casus, in quibus perjurium in latifusa significatione sumptum, peccatum est solummodo veniale, prout in particulari docebitur in sequen- capitulo. Erit quod Sapient. 14. vers. 2. perjurium nu- meratur inter graui peccata orta ex idolatria, intel- ligendum est de perjurio quo mendaciter in nomine Domini iuratur: à cuius peruersitate tanquam mortali caendum esse, indicant verba peccantia Proverb. 30. Tribuet tantum victui meo necessaria, ne forte sariatus al- liciat ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? aut eg- estate compulsus furer, & perirem nomen Dei mei. Id est,

ne ege-

72.

73.

74.

ne egestas sit mihi occasio dicendi, iurandique falsum. Indicat etiam maledictio ac grauis pena, quam Deus ieremias 5. ver. 4. minatur iuranti in nomine suo mendaciter.

Explicatio difficultatis, An liceat iuramentum exposcere ab eo qui exigitur petere turus.

75. **D**ifficultas hic occurrit tractanda. An peccatum sit exposcere iuramentum ab eo quem scias commissurum esse perjurium. De quare statuenda videntur sequentes propositiones.

Prima est, petere iuramentum ab eo quem nescis, iuratum falso, nullum peccatum esse. Hanc ex D. August. habet D. Thomas 2.2. quaest. 98. art. 4. Et probatur: quia eo ipso, quod nescio aliquem peccaturum, presumere possum, immo & debet, quod sit recte facturus id, quod sine peccato fieri potest. Cui præsumptioni si in hac re locus non esset, vix liceret ordinarie petere ab alijs iuramentum: quod est contra communem vñm ac sensum hominum. Intelligentia est autem, dummodo adit necessitas notabilis utilitas aliqua petendi: cum confiteri non esse absq; necessitate iurandum. Neque petatur iuramentum, quod sine iniustitia vel turpitudine præstari nequeat, aut quod sine falso aut illis probabili periculo præstari non possit: si quis indicatur ad affirmandum sub iuramento id, quod sic non ita esse: aut ad negandum id, quod scit ita esse: aut ad iurandum definite ac tanquam certum illud quod nescit. Nam quia nullo talium modorum licite iurari potest: nec etiam talis petitio potest sine peccato fieri, cum ordinetur ad peccatum. Videri possunt Suarez in eodem lib. 3. cap. 14. num. 2. & aliquot sequentib; ac Sanchez in opere moralib; 3. cap. 8. a. num. 5.

76. Secunda propositio est exigere privata autoritate iuramentum ab eo quem scias petieratum, peccatum esse. Hac est D. Thomas ibid. & cum eo Sotii in 8. De iure. & iure. quaest. 2. art. 4. & Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 20. atque aliorum plurim quois commemorantur Suarez in sequenti num. 10. & Sanchez in praecedenti num. 2. Probatur vero manifeste: quia cum in ea re iuramentum deferendo, illicitas occasio petierandi offeratur, sane iniuste agitur: adeo peccatum mortale committitur, vt pater Nauar. expiellerunt Angelus & Sylu. post citandi. Et confirmatur per cap. Ille qui, 22. quaest. 5. cum dicitur, Ille qui hominem provocat ad iurationem, & scit eum falso iuraturum esse, vincit homicidium.

Quod si obicias licitum esse (juxta antedicta in appendice ad 2. caput) iuramentum petere ab eo quem scias iuratum quidem verum, sed per falsos Deos, arque-adeo peccaturum. Respondet disparem esse rationem: quia in iuramento quod petitur ab infidelib; verum (vi suppositionis est) iurato, loco esse potest iusta causa sive necessitatibus sive notabilis utilitatis sufficiens ad ipsum cohonestandum ex parte exigentis: cum sit aptum confirmare veritatem fideli homini ab homine. In eo autem iuramento quod petitur a fideli, qui probabiliter creditur petieratus, cum consequenter credendum sit tale nihil valitum ad humanam fidem firmandam (quod per ipsum prætenditur) sane scandali vitium is incurrit, qui illud tunc exposcit, neque excusat potest tanquam viens suo iure: quia in perjurio nihil inest boni, quo viri possimus, præstum ad finem cuius gratia petetur iuramentum: qui est confirmatione veritatis fiduci datae homini ab homine. Periūt enim non confirmat veritatem, sed potius falsitatem. Quade re plumbus Suarez in eodem cap. consequenter.

Tertia propositio est, quam idem ibidem num. 14. habet, quoties iuramentum petitur sine utilitate notabilis, & alias scitur aut vehementer presumitur, quod ille a quo petitur petierabit, mortale peccatum committi. Ratio est: quia si rationabile causa datur proximo ruinæ occasio, que ex charitate remouenda fruſter aliunde oblata. Hincque pater, merito statutum esse in cap. Clericos De cohabit. Clericorum & mulierum: ne Clericis cōcubinati iuramentum deferatur de non redendo ad concubinas: cum vehementer præsumptio sit, quod non stabunt iuramento.

Consequens est pariter male faceret confessarios qui compellunt penitentes iurare se non commissuros denuo delicta in qua facile labuntur. Id quod notant Angelus iuramentum 3. §. 11. & Sylu. iuramentum 2. q. 9. ac Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 20.

Qui etiam addunt, quod si is qui scitur petieratus sponte se offerat ad iurandum, & adit rationabilis causa recipiendo iuramentum (qualis esse potest, vt superinito contractu cogatur a Judice, præstare illud ad quod teneatur) eum qui tale iuramentum recipit, non peccate: quia non dat scandalum seu occasionem peccandi: sed solum bono aliquo fine, & urgente necessitate grani, permittit a parato peccatum committi: nimis ut euadatur iniuria alioqui preferenda, iusque obtineatur in re notabili. Nam & Deus ad bonos fines multa mala permittit: licitumque est famuli aut filii furtum permittere, vt ipsorum indolem explores, ipsoque corrugas, ac in posterum tibi ab illis caueas. Addit quoque Suarez in eodem cap. numer. 16. posse in eiusmodi casu peti iuramentum a tali. Id quod putarum limitandum primo, vt debeat fieri sola propositione nuda propria voluntatis, qua oportet ut ipse iurer, ac sine admixta inductione: perinde ac cum solutio futura iuraturum proponitur iurario, declarando ei voluntatem propriam, mandanti illam executioni: si mutuum aliter ab eo obscureri nequeat. Secundo vero, ut tales circumstantiae debeat concurrere, ut quantumcumque iuramentum sit falso: ipsum tamen valeat ad id quod prætenditur: vt ad compellendum in foro externo, state contractui, cum ipsum qui confirmavit illum iurando mendaciter.

Nota autem, quod alijs citatis Sanchez habet in fine memoriae cap. 12. art. 1. non esse licitum ad iurandum falso, ob aliquam utilitatem inducere eum qui bona fide existimat featur verum. Nam etiam si ignoratia possit talam a peccato excusare, non excusat tamen illum inducens, ut pote qui procurat scienter Deum aduocari in testem falsitatis, in quo illum afficit geaudi iniuria.

77. Tertia propositio est, Publicum Iudicem nullum peccatum committere, cum iuramentum exigit ab eo quem scitur petieratum: dummodo id ad partis instantiam faciat, seruato iuriis ordine. Hac est D. Thomas 2.2. quaest. 98. art. 4. & ceterorum memoratorum, ac Couarruia in cap. Quamvis pactum 1. par. §. 6. nu. 2. in fine plurimorumque aliorum quois referit Sanchez in eodem cap. 8. nu. 2. Probatur vero: quia cum faciens quod lex præcipit, quodque incumbit illi ex officio, non censetur delinquare. Quare in casu huius propositionis Iudex cum seruet legis præscriptum, iurisque ordinem, prout incumbit ei ex officio non est dicendum peccare.

Neque est quod obicias, non peccare quidem faciendo opus de se prohibitus: peccare tamen, tali opere inducendo alium ad peccatum perjurij. Nam tale pendet solum ex malitia petierantis: non autem ex iuramenti ex actione legitima per Iudicem, qui non debet sequi priuatum scientiam, sed publicam: ex præscripto iuris adhibendo ea quibus solet elici veritas, inter quae ponitur petitio iuramenti, ne iustitia occasionem det scandalum publico: quod illi caendum est magis, quam spirituale detrimentum unius priuati. Sic enim probatum reum afficit extremo supplicio, quidquid ille sic impatuerit id ferat, vt nullatenus penitire velit. Quod autem in contrarium D. Aug. dicere videtur, prout refertur in cap. Quiescit, 22. quaest. 5. non spectat huc: quia intelligentum est, non de Judice: sed de priuata persona iuramentum exigente. Concedendum est tamen, quod Iudex quantum potest falso officio suo, debeat efficere ne ad huiusmodi iuramentum præstandum deueniatur.

Ceterum quod addit Suarez in fine eiusd. cap. 14. satis de se patet: licere inquit, exigere iuramentum ab eo qui verum iuraturus probabiliter creditur: si quidem iusta causa adit exigendi: talisque exactio fiat simplici petitio, dato quod exigere nullam iurisdictionem habeat, quia possit per præceptum, cogere alterum ad iurandum. Quod si iurisdictionem habeat, vt pater in filium: Praelatus in subditum: ipsa iuramenti exactio fieri poterit per coactio-

nem, potestati exigentis proportionam: precepto imposito quod obligabit in conscientia, iuxta illud ad Romanos 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, damnationem sibi acquirunt.

Pena perjurii constituta ob perjurium.

78.

Porro grauissimum peccatum esse perjurium (quod pluribus Suarez tractat in præc. 3.) indicant paenæ ob ipsum perjurii constituta: qua sunt: iure quidem diuino. Tum reatus eterna mortis, cum sit transgressio vnius ex præceptis, de quibus dictum est à Domino Mart. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Tum maledictio, seu afflictio in temporalibus: quam Deus apud Zachariam in cap. 5. minatur venturam ad domum iurantis in nomine suo mendaciter, & commoraturam in medio domus eius: & consumpturam illam, & ligna eius, & lapides eius.] Quo eritiam perire censeri potest illud Ecclesiastici 23. Vir multum iurans replebitur iniuriae, & non discedet à domo illius plaga.

Iure autem Canonico quatuor habentur constituta. Prima est (que iam relinquitur Confessarij arbitrio) ut pro ea in ungente eadem poenitentia, que pro fornicatione, aut adulterio, aut homicidio voluntarie commisso, ex cap. fin. 21. quæst. 1. Eratq; eiusmodi de penitentia ex cap. Quicunque, 6. quæst. 5. & ex cap. 1. aliquotque sequentibus, 22. quæst. 5. quod qui peccaverat, deberet & ieiunare in pane & aqua quadragesima diebus, si erat liber: si erat servus, deberat ieiunare tres Quadragesimas: & deinde septem annis agere poenitentiam, nec unquam admittebatur ad communionem nisi in hora mortis.

Secunda est: ut priuatur beneficiis qui peierat: nempe si electus est ad beneficium, non confirmetur: sed irriteretur ipsius electio. ex cap. finali De iure iurando in 6. Si iam habeat beneficium, priuatur illo ex cap. Quæciam, extra eod. titulo. Nec tantum priuatus est omni beneficio, sed etiam debet inhabilis reddi ad omnem beneficium obtinendum in posterum, ex proxime seq. cap. Tu nos. Veruntamen paenæ illas non incurruunt ipso iure: sed sunt per sententiam iudicis imponendæ, prout ostendit Suarez in eod. lib. 3. cap. 20. à num. 7.

Tertia paena est, quod peierans si falsum iuret & notoriis sit, efficiatur infamis ipso iure: ex cap. Infames, 6. q. 1. De qua pluribus Suarez, legendus ibid. à nu. 7.

Quarta paena est, ut perjurii non admittatur ad ferendum testimonium, ex cap. Quicunque, 6. quæst. 1. & ex cap. Parvuli 22. quæst. 5. Immo quantumvis in reliquis peccatis, quæ faciunt hominem infamem, peccator post perfectam poenitentiam, & emendationem vice, confessione infamia, admittatur ad testimonium: perjurii tamen nullum in quantum tempore admittitur: prout habetur ex cap. Testimonium De testibus & attestat. Per quod, ut ostendit Suarez in eodem cap. num. 19. non imponitur perjurio obligatio in conscientia ad ablinendum à iurando in posterum, erit in iudicio: sed solum paena: ut si ad iurandum accedit, possit repelliri per exceptionem vel accusacionem: praeterrit, videlicet num. 20. addit., cum perjurium fuerit commissum in iudicio, aut in pacto vel promissione solemni (nisi per metum aut aliquam iniuriam extortum sit) aut ab eo qui publica infamia laborat, quod solet peierare.

C A P . V I .

De perjurio assertorio.

S V M M A R I V M .

79. Perjurium assertorium est peccatum mortale, à quo nibil excusat nisi defectus plene delerationis.
 80. Quod verum est de quicunque iuramento, quo falsum iuratur: aut verum quidem, sed existimat falso.
 81. Quid si sententia dicitur de eo, qui iurat illud de quo incertus est, aut quod ex se mat verum esse, cum ipse falsum.
 82. Difficultas de iuramento falso, quod per inadvertentiam profertur: an excusat à mortali.

83. Adiutio ad iuramentum, sed non ad dictum falso: aut contra ad dictum falso: sed non ad iuramentum, excusari potest à mortali per inadvertentiam.

84. Consuetudo iurandi ex se non est, nec facit esse peccatum mortale.

85. Consuetudo iurandi non obstat quin peierans inaduertere, excusat à mortali.

86. Duo casus excepti.

87. An per confutacionem iurandi constituitur quis in statu peccati mortalis, & quid sit sentendum de iuramento assertorio, quo vere quidem iuratur, sed de re vanâ aut mala.

PER IURIVM assertorium dicitur, quo mendacium iuramento assertur: falsum videlicet affirmando, aut verum negando. Quod esse peccatum mortale constat ex D. Thomæ doctrina, proposta in præcedenti num. 7. Idque verum est in qualcumque materia, quacumque de causa, & sub quacumque forma iuretur: prout constat ex Bulla Martini quinti qui habetur in fine Concilij Constan. expresta que Sotus lib. 8. De iust. & iureq; 2. art. 3. conclusione 2. & Caet. in verbo Perjurium, ac Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 5. & communem certamque sententiam esse, eosdem ac alios in eam referens, notat Suarez in eod. lib. 3. cap. 4. nu. 2. Adeo ut, addit. ibid. Caet. nulla in eadem iuramentorum assertoriorum, nisi ex imperfectione deliberationis seu adiutorientis, quam in præced. lib. 15. sub iustitia cap. 2. ostendimus à mortali excusare. Itaque, ut ait ibidem Sotus, siue parva siue magna fuerit materia in qua sit iuramentum falso, ipsum semper est mortale perjurium: quandoquidem semper in se notabilis est iniuria illa, que licet in modo, interrogatur Deo, tanquam futurus sit tellus mendacii, aut mendacio suffragatur. Id quod ab aliis perfectione perinde alienum est in re parua, ac in magna: cum tam vere mendacium sit, de re parua dictum, quam dictum de magna. Similiter, ut idem Sotus addit., perjurium peccatum est mortale, quantumcumque simili ob quem sit, sit alias sanctorum, & causa pientissima eaque gloriosissima: ut si peieras ad caudam mortem siue tibi, siue alteri innocentis, vel ad liberandam a prædictione vel in incendio rotam ciuitatem, vel eriam ad cripidium ab inferni fauibus animam: nullis enim talibus circumstatu perjurium assertorium iustificatur, cum intrinsece malum sit, per notabilem quam includit Dei irreverentiam, tanquam libi in datam.

Addi pariter potest cum Caet. & Nauar. nullam neque propriam neque alienam virilitatem, vel necessitatem, ne quidem mortis, aut alterius cuiuscumque grauis periculum excusare a falso peccato. Talia enim non impediunt quominus Deus adiubatur testis mendacij. Nec obstat quod in cap. Verum De iure iurandi: quatur, eos non esse tanquam pro mortali puniendos, qui iuramenta metu extorti non seruauerint. Nam, prout D. Thom. 2. 2. quæst. 98. art. 3. al. 1. notat, id non video dicuntur, quod non peccent mortali: sed quod minor paena sit eis quam carceris penitus infligenda. Addi denique eadem ratione potest cum iudicem authoribus neque excusationem in hac re esse à mortali, quod ex animi leuitate, vel ex consueitudine, aut iocardi, vel exufandi aut purgandi se gratia, aut in furore percitus quis iurauerit: nisi tanta esset ira, quæ iurantem iudicium ad mortalem culpam sufficiens adimeret: ut bene notatum est Nauar. in Enchir. cap. 12. num. 10. Tantum enim absit ut levitas cause ob quam sic peieratur, minuat malitiam perjurii, ut augear potius: quia maior tunc irreverentia Deo interrogatur: cum propter rem parvam, testimonium ipsum contemnitur. Quod notatum est à D. Thoma in eodem art. 3. ad 2.

Documenta de proposito perjurio.

S E C T I O N I .

Cæterum pro praxi ad particularia descendendo, oportet aliquot documenta notare. Primum est: proxime dicta procedere, siue per Deum, siue per creaturas in ipsum relatas, siue simpliciter, siue exercitorie iuramentum concipiatur: ut ex D. Bonaventura & Gabriele Nauar.

in præ-

79.